PETRUS PICTAVIENSIS. PETRUS COMESTOR

Frankreich, 13. Jh. Seite 99r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bata cementarij dimittere. eorum ꝑpenderetur
equalitas. Veruntamen inferius tabulatum .v.
cubitorum erat in latum. Medium uero .vi. quia
murus superior arcior factus: quia per cubitum re-
tractus erat. Vltimum uero tabulatum .vii. cubitos
habebat. pro retractione muri superius similiter facta.
fuerunt qui dicerent inferius tabulatum .vii. fu-
isse cubitorum. Medium .vi. ut ascendendo:
artarentur tabulata: sic et murus. et corrigunt lit-
teram. pro subter: ponendo. super. Vel etiam legitur subter:
dicentes. tabulatum quod subter erat: non loco: sed numero.
Sic enim altum dicitur: ꝑ profundum. et supremum:
sic et subter dicitur: loco: quod infra positum est. Subter
Subter uero numero: ad quod ascenditur numerando.
hec autem tabulata sic erant ad iuncta muro.
ut ei non hererent. i. muro infixa non essent.
Porro: in extremitatibus cuiusque tabulati: ut de-
ambulantes ab iniuria lapsus defenderentur.
edificauit luriculas. tanquam ad podiationes.
que in regum: latera uocantur. in palipomenon
cancellis. de quorum altitudine nescimus. nisi de
supremo. quod habuit in altitudine .v. cubitos.

Porro: murus
mansionis inferioris intrinsecus undique
optus erat tabulis cedrinis. Trabibus uero solarij:
affixa erant laquearia cedrina. Pauimentum
uero domus: tectum erat tabulis abiegnis. Ta-
bulata uero latum: et laquearia trabium: et pauimen-
tum tabulis aureis operiebantur: cum clauis
aureis. quorum singulis: erat .l. siclorum. nichilque e-
rat in illa inferiori parte templi. quod auro
non tegeretur. ut uultus ingredientium faceret au-
ri lumine resplendere. Porro: in iunctura
tabularum. fecit anaglipha. i. tornaturas. et ce-
laturas in iuncturis fabrefactas ne locus iunc-
ture deprehendi posset. In medio uero tabule: erant
ymagines prominentes. cherubin. et palme.
hec quidem in tabulis cedrinis celata erant. sed
auro tecta. et in ipsis tabulis aureis. Oraculum
autem quod dicitur sancta sanctorum: habebat .xx. cubitos longitu-
dinis. et .xx. latitudinis. et .xxx. in altitudine.
In littera tamen habetur .xx. cubitos altitudinis. quod in-
telligendum est: de pariete interposito. inter sancta et ora-
culum. Sic enim in tabernaculo columpne interposi-
te fuerunt: quibus appendebatur uelum: sic in
templo interpositus est paries cedrinus. non ascendens
in altum nisi per .xx. cubitos. .x. cubitos qui super e-
rant. usque ad laquearia: intactos relinquens
ut fumus aromatum ascendens de altari: per a-
pertam superiorem libere intraret in oraculum.
Erat autem totus paries tectus auro habens anaglipha.
cherubin. et palmas. ad modum parietum. huic
parieti appensum erat uelum. de .iiii. colo-
ribus. cui intexta erant cherubin. tante tenui-
tatis: ut parietis non prohiberet aspectum. Quod to-
tum parietem operiens: forte usque ad laquearia
ascendebat. quia legitur in euangelio scissum fuisse
a summo usque deorsum. De interiori scemate su-
periorum mansionum: non legi. nisi quod dum consummaretur
edificium. positus est lapis in angulo superiori:
non sine grandi omnium admiratione. Cum enim
edificantes: in fundamento. et in muro: eum
locare niterentur: non est inuentus locus eius. do-
nec in angulo superiori. et postremum omnium: conue-
nientissime positus est. secundum quod predixerat dauid.
Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic
factus est in caput anguli. etc. In summitate uero
muri: per gyrum affixa erant aurea nerua.
ad hominis magnitudinem propter aues abigen-
das. ut de longe aspicientibus: quasi silua au-
rea uideretur. Per gyrum uero muri: erat labium
exterius: a quo dependebant grandes uue auree
cum panpinis aureis adeo fabrefactis ut sur-
sum aspicientibus quasi ad auram sepe moueri
uiderentur. Porro: iuxta terram: hostium lateris
medij in pariete erat domus dextre. i. meri-
diane. et per cocleam ascendebant: in medium
cenaculum. et a medio intercium. hoc est per ascen-
sum tortuosum. qui uulgo uitis dicitur. qui factus
est ad similitudinem coclee testudinum. Josephus
tamen describit ascensum factum per medium muri abs-
conditum facilem et securum. In parte muri
exterioris: sufficienter fenestratum. hostiolum
uero ascensus: dicitur fuisse iuxta terram in
angulis anterioribus utrumque muri. Fecit autem in
introitu templi: postes de lignis oliuarum
quadrangulos. et duo hostiola de lignis abi-
egnis altrinsecus. et utrumque hostium duplex
erat et se inuicem tenens: aperiebatur. et sculp-
sit in eis: cherubin. et palmas. et celaturas
ualde eminentes. et operuit omnia laminis
aureis opere quadro ad regulam. Fores iste tan-

de ornatu domus inferioris.